



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

8 De cognitione hominis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

nem non determinat, sed indeterminatā relinquit in lib. de ecclesi. dogma. sed ille liber non est Aug. sed Geringadii. Greg. etiam non vult determinare, credendum est tamen quod a non, & est una ratio philosophi in li. de animalib. quod impossibile est quod virtus corporea producat id quod excedit corpus, virtus autem feminis est virtus corporea. Alia ratio est 7. met. quia n. quidam posuerunt, q. formae naturales sunt ex creatione, cum materia aeris recipit formam ignis, aut inerat, & sic est latitatio, aut nō inerat. ergo fit de nouo, nō ex aliquo, sed ex nihilo. ergo creatur. Solutio phil. quia forma non fit, sicut nec ens, vel esse habens per se, sed fit compositum quod habet esse subsistens. Si ergo est aliqua forma quae per se subsistat, illa habet per se fieri, anima autem habet esse per se subsistens & remanet corrupto corpore, & ita oportet quod habeat suum fieri.

A siue in beatis. Item destruantur ibi habitus scientiarum, quantum ad modum scientiae, quia hic se per intelligit conuertendo se ad phantasmata propter corpus, & non solum propter hoc phantasmata indigemus, sed ad utendum huiusmodi speciebus, & iste modus non erit tunc, quia non conuertet se ad phantasmata.

ARTICVLVS XIII.

Utrum uerba humana habeant uim ad mouendum bruta.

SECUNDO, utrum uerba humana habeant uim ad mouendum bruta, puta, serpentes.

RESPON. Dicendum, quod aliquid potest habere uirtutem aliquam & sibi propriam naturam, & sibi uirtutem superioris cause. uerbi gratia, commistum ex elementis habet uirtutem unam ex natura elementorum, sibi motum praedominantis elementariam habet ex corpore caelesti, sicut quod adamas attrahit ferrum, quod non reducitur ad uirtutem elementarem. Aliqui ergo dicunt, quod non solum naturalia corpora, sed artificialia sortiuntur uirtutes aliquas ex impressione corporum caelestium puta, imagines, uel figure sub certa constellatione facte: & sic hoc uerum est. quod super artificialia fit huiusmodi uirtus impressa: potest etiam dici quod uerba prolata in certo tempore habeant efficaciam mouendi, sed hoc non est uerum. Nam in rebus naturalibus omnia quae habent aliquam uirtutem ex corpore caelesti, habent illam consequentem aliquam formam: unde nihil agit ad ad speciem, nisi ex uirtute corporis caelestis, & sic forma est prius unoquoque quam uirtus ad talia. Remota ergo priori remouet posterior. Si ergo huiusmodi uirtutes attribuuntur aliquibus, oportet quod radicentur super formam aliquam: formae autem artificiales non sunt nisi figure quaedam, & ideo falsum est quod uerba, & hmoi, uirtutes aliquas habeant ex corpore caelesti: sed si habent aliquas, hoc habent ex spiritu immundo, quod immiscet se uerbis hominum, ut decipiat, secundum Aug. unde aliqui utuntur uerbis fabulosis, falsis, & uanis, quibus ad illudendum homines se immiscet unde oia ista friuola & superstitiosa sunt, & imagines astronomice, in quibus si non addit aliqua expressa inuocatio demonum, tñ est ibi quidam tacitus consensus. Tñ si aliquis dicat uerba Dei, & sacra sine immutatione & fraude, sed bona & diuina intentione, non est incantatio, sed oratio. Chrysostomus super Mat. ibi. Dilatant phylacteria &c. reprehendit illos qui collo uerba euangelii suspendunt, & cum uirtute euangelii non sit in figuris literarum, sed in fide, non tñ damno illos qui super se gerunt euangelium ex deuotione, quia B. Cecilia euangelium Christi semper gerbat in pectore, sine tñ aliqua additione uel uerborum, uel characterum, uel ceterorum suspectorum.

QVODLIBET. XII. ART. XI. XII. ET XIII. 75

QVODLIBET. XII. ART. XI.

ARTICVLVS XI.

Utrum intellectus humanus cognoscat singularia.

DEINDE quaesitum est de cognitione hominis, utrum intellectus humanus cognoscat singularia. RESPON. Dicendum, quod aliquid cognoscitur dupliciter, directe, & indirecte. per reflectionem. Differt autem intellectus humanus & diuinus, quia humanus non cognoscit directe singulare, diuinus autem sic: quia cognitio fit per similitudinem cogniti in cognoscente, & haec est in intellectu nostro per abstractionem a conditionibus indiuiduantibus, & a materia. Et ideo cum reata cognitio fit per speciem, ideo non cognoscit directe nisi uniuersale: intellectus autem diuinus cognoscit non per similitudinem a re acceptam, sed per extensionem suae essentiae ad res, & haec similitudo, scilicet diuina essentia in Deo est omnium quae sunt in re expressa similitudo, & ideo directe cognoscit quicquid est in re, & quod pertinet ad materiam indiuidualem. Sed quarens Philosophus, si separatus est intellectus, & cognoscit quae sunt in materia, dicit quod oportet quod hoc cognoscat, & alia, sicut formas separatas cognoscit intellectus & coniecta materia per imaginationem, aut alio modo. per extensionem, in quantum coniungit phantasma, quod representat sibi phantasma, & sic indirecte cognoscit.

QVODLIBET. XII. ART. XII.

ARTICVLVS XII.

Utrum habitus scientiae acquisitae remaneant post uitam.

DEINDE quaesitum est de affectu cognitionis, & primo utrum habitus scientiae acquisitae remaneant post hanc uitam. RESPON. Dicendum, quod circa hoc est duplex opinio quidam dicunt quod non, sequentes Auic. in 6. natural. quod species acquisitae non remanent in intellectu possibili, nisi quando in actu intelligit, quod est falsum. Nam intellectus possibilis recipit species, & retinet sibi modum suum: nisi cum ipse sit immobilis, utpote immaterialis & incorruptibilis, recipit species intelligibiles sibi modum suum, & nunquam inde recedunt: & sunt ibi etiam dum actu non intelligit, patet 3. de anima ubi dicitur, quod sunt in anima aliter, quam dum actu intelligit scilicet habitu, & sic dico quod remanent siue in damnatis,

E siue in beatis. Item destruantur ibi habitus scientiarum, quantum ad modum scientiae, quia hic se per intelligit conuertendo se ad phantasmata propter corpus, & non solum propter hoc phantasmata indigemus, sed ad utendum huiusmodi speciebus, & iste modus non erit tunc, quia non conuertet se ad phantasmata.

QVODLIBET. XII. ART. XIII.

DEINDE quaesitum est de homine quantum ad gratiam.

- ¶ Et circa hoc quaeruntur tria.
- ¶ Primo, De sacramentis.
- ¶ Secundo, De uirtutibus.
- ¶ Tertio, De officiis.
- ¶ De primo tria quaesita sunt.
- ¶ Primo, De sacramento gratiae.
- ¶ Secundo, De effectu sacramentorum.
- ¶ Tertio, De unitate ecclesiae.
- ¶ De sacramentis gratiae quaerantur duo.
- ¶ Primo, De baptismo.
- ¶ Secundo, De penitentia.

D. 198.

Tex. co. 27.

3p. q. 86. ar. 10. & 3. 4. c. & q. 89. c. ad 1. & 2. 4. 7. ar. 3. ad 1. & ner. q. 19. ar. 2. o. c. ar. 143. huius.

ar. 59. & i. p. q. 89. ar. 1. ad 3. & ar. 3. ad 4. & ar. 5. o. & 6. c. & 12. q. 67. ar. 2. o.

Tex. com. 8.

4. di. 34. q. 1. ar. 1. a. prin. & spi. a. 2. c.